

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 146. Sessio VII. Legatorum Ruperti dubia confutantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

multo senio confectus Anno supra mille-^{Sæcul. XV.}
simum quadringentesimo duodecimo ex A. C. 1409.
hac vita migravit.

§. CXLVI.

*Session VII. Legatorum Ruperti pro-
positiones confutatæ.*

In Sessione septima die Sabbati quarta
Maji celebrata, Petrus de Ancharano
insignis Jurisconsultus, & Bononiensis
Academiæ Doctor, atque Professor dubia
a Romanorum Regis oratoribus proposi-
ta confutabat, illaque omnino infirma,
frivola, & nonnisi ad unionem impedien-
dam conflata ostendebat. Postmodum
recitata fuere eorum nomina, qui per
Concilium ex diversis Nationibus selecti
sunt Commissarii pro examinandis testi-
bus, & recipiendis probationibus, pu-
blico hujus mandati instrumento desuper
erecto. Hi erant Cardinales Laudensis,
& S. Angeli nomine utriusque Collegii,
Episcopus Lexoviensis, cum tribus Docto-
ribus nomine Franciæ, unus Doctor no-
mine Angliæ, alias pro Provincia, ac duo
pro Germania: nomina vero eorum, qui
ex aliis Nationibus fuere deputati, igno-
rantur. Moguntinus, & Coloniensis Lega-
ti huic sessioni non interfuerent ob motum
inter eos dignationis certamen, quæ ta-

N 4

men

copi
April
Ale-
extris
erdina-
lio, &
m la-
n suas
suus
Dein
r Epi-
Con-
figens
ustitia
ea de-
caussa
ndam
obe-
itque,
quen-
quæ-
r, suo
os ef-
Hispa-
n pri-
s fuit
alutis
, &
nulto

Sæcul. XV. men contentio tractu temporis compla-
A. C. 1409. nata fuit.

§. CXLVII.

*Oratores a Concilio missi ad Ladis-
laum Regem.*

Pogg. hist. **C**um Ladislaus, qui se Regem Siciliæ
Flor. p. 184. nominabat, Senensem urbem Flören-
tinorum imperio subditam armis suis acri-
ter premeret, indeque non modicum Con-
cilii Patribus metum incuteret, hi quo-
dam Cardinales & Prælatos ad eum ab-
legare decernunt, qui ejus animum deli-
nire, utque deinceps nullos in hac Provin-
cia tumultus excitaret, ei persuadere mo-
lirentur. Ladislaus quidem Legatos be-
nigne excipit, nec tamen illos voti dam-
nat, unice intentus, ut refricata pristina-
rum simultatum memoria Senenses inter
& Florentinos nova seminaret dissidia.
Querebatur itidem, a Florentinis urbem
Pisanam pro congreganda Synodo Cardi-
nalibus permisam fuisse, & quidem ex
odio in Gregorium XII, qui tamen legitimus
Pontifex esset; cui rei ut obviam
iret, urbisque tranquilitatem turbaret, se
cum exercitu suo Senas venisse. Ast La-
dislaus illuc spe sua frustratus, hostili jam
irruptione Florentinam infectans ditio-
nem, Aretinam civitatem obsidione cin-
gere